UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1846

XXXIII. Heinrich von Wendemark verkauft seinem Verwandten Johann Werben eine Getreidehebung aus Lichterfelde, welche nach dem Tode des letztern der Pfarrkirche zu Werben zufallen soll, am 24. April ...

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-54572

Visual Library

manſorum usque ad finem tranſeunte. Dimiſimus eciam predicto fratri gheuehardo de Wantſleue reliquisque predictis fratribus prefatam curiam cum tribus manſis prefatis abſque precaria, equo pheodali et ſimpliciter abſque omni ſeruicii angariacione ſeu infeſtacione perhenniter cum libertate perpetua optinendam. — Teſtes vero ſunt Hermannus de Wolchowe miles, Hinricus mente burgenſis in Werben et quam plures alii fide digni. Datum anno dom. M°. CCC°. XIX jn die beati Nicolai.

Fehlerhaft in Gercken's Fragm. III, 41.

XXXII. Ebeling von Kleptzk vergleicht ſich mit dem Johanniter-Orden durch den Comthur zu Werben, den Vicar des Priors Paul von Mutina, am 27. Sept. 1321.

Nos Ebelingus de cleptzk Miles — volumus eſſe notum, Quod Theod. de kerkow miles pro nobis ac nomine noſtro inter nos et fratrem Gheuehardum de wantſleue, gerentem vices fratris pauli de mutina per Marchiam et Slauiam ordinis hoſpitalis ſacre domus ſ. Joh. Jeroſolimitani, pro diſſenſione, que inter nos et eundem ordinem vertebatur, ac dampno per nos illato ordini predicto placitauit in hec verba. In primo vndecim fruſta reddituum dimittemus ordini predicto in quadam villa, prout in litteris noſtris inde confectis expreſſius continetur. Etiam procurabimus apud dominum Epiſcopum Eccleſie Hauelbergenſis, quod Eccleſiam in kyriz cum iure patronatus ordini predicto confirmabit et litteras confirmacionis eciam ordini, noſtris tamen expenſis. Item procurabimus, quod dux Saxonie ſuis litteris certificabit ordini predicto quinquaginta marcas ex noſtri parte erogandas. Item infra hinc et feſtum Martini proximum certificabimus fratri Gheuehardo de Wantſleue et fratri Hinrico de Weſenberch, Commendatori in Myrow, ad vtilitatem eorundem centum et quinquaginta marcas arg. Stend. noſtris cum amicis: — ſolucio pecunie fiet in lychen et werben —. Item per compoſicionem quam fecimus nullus dimittetur ſolutus, niſi Gunpertus de Alſleue. Et nos cum familia noſtra cottidiana Sleghel, Carſtede et Rycbode Eciam Recognoſcimus preſentibus — quod compoſicionem fecimus ordini et fratribus memoratis pro dampno ipſis illato et non eorum ſubditis; quia ſi contra nos eorum ſubditi aliquam vindictam habere voluerint pro dampnis ipſis illatis, illud facere poſſunt et debeant facere abſque auxiliis ordinis ſepedicti. In cuius rei teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Datum et actum jn Caſtro Stargard anno domini M°. CCC°. XXI°. die dominico ante diem Michaelis proximo.

XXXIII. Heinrich von Wendemark verkauft ſeinem Verwandten Johann Werben eine Getreidehebung aus Lichterfelde, welche nach dem Tode des letztern der Pfarrkirche zu Werben zufallen ſoll, am 24. April 1322.

— ego hinricus de wentmarc vendidi iohanni werben meo cognato vnum corum tritici ſub uero tytulo hereditatis ex mea curia in lichteruelde obſeruandum, quem uidelicet corum tritici illi iohanni ſingulis annis in feſto beati martini absque omni dubio et impedimento in ciuitate werben erogando teneor preſentare. Tali addita condicione, ſi iam dictam curiam venderem alicui, tunc dictum

corum tritici non remotius a ciuitate werben, niſi in uilla wentmarc ponere debeo et locare. Si uero in terra plaga contingeret generalis ita quod ſegetes annichillarentur uel propter gwerram agri inculti permanerent, ſemper predicto iohanni ſuum corum tritici teneor erogare aut cum ipſo taliter ordinare, quod bene contentetur. Preterea prenominatus iohannes quoad uiuit poteſt premiſſum corum tritici cuicunque uoluerit uendere aut donare: quod ſi non faceret, extunc antedictus corus tritici poſt obitum ſepe dicti iohannis ad uſus eccleſie in werben cedet ibidem perpetuo permanendo et tunc mihi talis gracia ſeu heredibus meis a vitricis eccleſie ſeu prouiſoribus ob plagam communem uel gwerram, ſi in terra euenerint, in coro tritici ſepius dicto impendi debet, qualis aliis colonis in terra habitantibus conceditur et donatur. — Datum anno domini M°. CCC°. XXII°., in die ſancti Gregorii.

Nach dem Orig. im Superinteneentur-Archive zu Werben.

XXXIV. Markgraf Ludwig beſtätigt dem Ordenshauſe zu Werben die dieſem vom Ritter Johann von Kröchern zugewandten Beſitzungen zu Buchwald, am 22. Sept. 1326.

— Nos Lodewicus, gei gr. Brand. et Luſacie marchio — proprietatem plenam et omnimodam dedimus Honorabilibus perſonis fratri Gheuehardo de Wanzleue, Commendatori in Werben, ſuisque fratribus atque domui ibidem Ordinis ſancti Joh. hoſpitalis Jeroſolimitani ſuper pachto, Cenſu, Precaria, ſeruicio ſex manſorum in villa Bokwolde Et ſuper ſupremo et infimo iudicio in curiis, ad quas dicti Sex manſi appoſiti ſunt, poſſidendum cum omni iure plenaque libertate, ſicut Honeſtus miles Johannes de Crochere tales manſos poſſidebat, qui eos in ſalutem animarum ſue et heredum ſuorum dictis perſonis domino, ſeruientibus erogauit, Renuncciantes — dictis manſis et omni iuri, quod nobis vel noſtris poſſet competere ſucceſſoribus in futurum, Nichilque iuris nobis — ad tales manſos penitus reſeruamus. — Preſentibus Nobili viro domino Gunthero Comite de lindaw, alberto de clepezk, Johanne de Crochere prefato, betekino de wiltberg militibus cum aliis fide dignis. Datum Reppin, die beatorum Mauricii et ſociorum eius Anno domini M° CCC° XXVI°.

XXXV. Otto Hake verkauft eine Getreide- und Geldabgabe von ſeinen Koſſathen einem Bürger zu Werben, am 13. Nov. 1336.

Ich otto hake bekenne vnde bethughe — dat ich hebbe ghelaten vnde vorkoft henneken ſtephens, de eyn borgher to werben is, enen Wiſchepel hauer gheldes vnde teyn ſchillinghe penning gheldes brandenborchgherſcher penninghe to rechteme erue ſinen rechten eruen vorth tu eruende vnde dhen vorbenumede Wiſchepele hauer gheldes vnde dhe teyn ſchillinghe pennig gheldes aller iarlikes vptonemende ſunder allerleyghe hinderniſſe to ſunte mertens daghe vte mime kozſceter gode, dat dhar lecht twiſchen mime houe vnde ſleghels houe. Vorthmer wat an deme vorbenomeden kozſceter gode boret to buwende vnde to beterende, dat ſcal ich vntrichten vnd dar ſcal dhe vorbenvmede henneke ſtephens adher ſine rechte erſnamen vmbeworren mede weſen. Dat deſſe dhink ſtede vnde vnghe wandelet bliuen, ſo is deſſe bref mitter anhenghinghe mines inghefegheles vnde des inghefegheles der ſtat to werben dorch henneke ſtephens vnde dorch miner bede wille beſeghelet. Deſſer ſunt